

*scipiens, immunditiam præ se tulit.*

Gene. 48.c.16.

Artic.68.

Angelus qui eruit me. *Annotatio*, Angelum protegentem, Deum per Angelum protegentem vocat. In Bib. 1532.

*Censura*, Hæc annotatio fauet hæreticis negantibus auxilium Sanctorum & Angelorum.

*Ergo nisi credamus Angelos per se seruare, non satisfiet Sorbonicis magistris. Demus tam mortuos quàm Angelos nobis auxiliari. An propterea hæreticus erit, qui Deum per eos sua beneficia largiri dicet? Quis vnquã inter Christianos negare ausus est, Angelos diuinæ esse bonitatis ministros? Nunc palàm cernitur, quàm licentiose sacrilegis suis superstitionibus indulgeant. Magi & incantatores nihil vnquam suis demonibus tribuerunt, nisi sub Dei auspicijs. Nunc autem iudice Sorbona, nõ datur mortuis quod suum est, nisi separatum à Deo habeant imperium. Atqui Christiana philosophia longe aliud præscribit. Quoniam illis Scriptura sortet, Augustini verba referam ex tractatu Psal. 34, Audiam dicentem mihi, Salus tua ego sum.*